

proponentes eripere de periculo in
castello morantes ex improvisa
manu forti venere plures occiden-
tes ex ipsis in castello vero existen-
tes cum non esset habilis exitus
ex eodem elegerunt potius fortis
casum expectare quam iter ape-
rire ferro. florentini vero videntes
iustorum capturam et eorundem
crudelissimam necem in citu
armis induti irruerunt citissime
in eos et fugaverunt per quattuor
miliaria eosdem non per vias
aptas bello sed per silvas et ne-
mora iter quorum est etiam
feris silvaticis cum iniuria
eius siquidem nemora profuere
et eisdem fuerunt ipsa dampnosa.
nam multis prorogare vitam
et quibusdam supervenit mors
qui remanserunt per nemora
semivivi qui forte viverent si
potuissent per ipsa nemora
reperiri. Castrum valcartese